

**XXVI OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2007/2008 - II ETAP**

De druidibus.

Druides a bello abesse consuerunt neque tributa una cum reliquis pendunt. Militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam coveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis utantur litteris. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferi velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere, quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.

C. Julius Caesar *Bellum Gallicum*, lib. VI cap. 14, 1-4

Objaśnienia:

consuerunt = consueverunt

druides, -um m. – druidowie (kapłani Gallów)

Graecus, -a, -um – grecki